

MASS PROPER: JUNE 24, NATIVITY OF ST. JOHN THE BAPTIST

MASS *De ventre matris* (white)

INTROIT Isa 49:1-2

De ventre matris meæ vocávit me
Dóminus in nómine meo: et pósuit os
meum ut gládium acútum: sub
teguménto manus suæ protéxit me, et
pósuit me quasi sagíttam eléctam.
Ps 91:2 Bonum est confitéri Dómino:
et psállere nómini tuo, Altíssime.
Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto,
sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, et in sæcula sæculórum.
Amen. De ventre matris meæ vocávit
me Dóminus in nómine meo: et pósuit
os meum ut gládium acútum: sub
teguménto manus suæ protéxit me, et
pósuit me quasi sagíttam eléctam.

COLLECT

Deus, qui præsentem diem
honorábilem nobis in beáti Joánnis
nativitáte fecísti: da pópulis tuis
spirituálium grátiam gaudiórum; et
ómnium fidélium mentes dirige in viam
salútis ætérnæ. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum, Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isa 49:1-3; 49:5-7

Audíte, insulæ, et atténdite, pópuli, de
longe: Dóminus ab útero vocavit me,
de ventre matris meæ recordátus est
nóminis mei. Et pósuit os meum quasi
gládium acútum: in umbra manus suæ
protéxit me, et pósuit me sicut
sagíttam eléctam: in pháretra sua
abscóndit me. Et dixit mihi: Servus
meus es tu, Israë!l, quia in te gloriábor.
Et nunc dicit Dóminus, formans me ex
útero servum sibi: Ecce, dedi te in

From the womb of my mother the Lord
hath called me by my name, and He
hath made my mouth like a sharp
sword; in the shadow of His hand He
hath protected me, and hath made me
as a chosen arrow. Ps. It is good to
give praise to the Lord, and to sing to
Thy name, O Most High. Glory be to
the Father, and to the Son, and to the
Holy Spirit, as it was in the beginning,
is now, and ever shall be, world
without end. Amen. From the womb
of my mother the Lord hath called me
by my name, and He hath made my
mouth like a sharp sword; in the
shadow of His hand He hath protected
me, and hath made me as a chosen
arrow.

O God, Who hast made this day
honorable to us on account of the birth
of blessed John, grant Thy people the
grace of spiritual joys, and direct the
minds of all the faithful in the way of
eternal salvation. Through our Lord
Jesus Christ, Thy Son, Who lives and
reigns with Thee in the unity of the
Holy Spirit, God, forever and ever.

Give ear, ye islands, and harken, ye
people from afar. The Lord hath called
me from the womb, from the bowels of
my mother He hath been mindful of
my name. Arid He hath made my
mouth like a sharp sword; in the
shadow of His hand He hath
protected me, and hath made me as a
chosen arrow; in His quiver He hath
hidden me. And He said to me: Thou
art My servant Israel, for in thee will I

lucem gēntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, et adorábunt propter Dóminum et sanctum Israë̄l, qui elégit te.

GRADUAL Jer 1:5, 9.

Priúsquam te formárem in útero, novi te: et ántequam exires de ventre, santificávi te. V. Misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum, et dixit mihi.

LESSER ALLELUIA Luke 1:76

Allelúja, allelúja. Tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: præibis ante Dóminum paráre vias ejus. Allelúja.

GOSPEL Luke 1:57-68

Elísabeth implétum est tempus pariéndi, et péperit filium. Et audiérunt vicíni et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulábantur ei. Et factum est in die octávo, venérunt circumcídere púerum, et vocábant eum nómine patris sui Zachariám. Et respóndens mater ejus, dixit: Nequáquam, sed vocábitur Joánnes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatióne tua, qui vocáur hoc nómine. Innuébant autem patri ejus, quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem, scripsit, dicens: Joánnes est nomen ejus. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem illico os ejus et lingua ejus, et loquebátur benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórum: et super ómnia montána Iudaeæ divulgábantur ómnia verba hæc: et posuérunť omnes, qui audíerant in corde suo, dicétes: Quis, putas, puer iste erit?

glory. And now saith the Lord that formed me from the womb to be His servant: Behold I have given thee to be the light of the Gentiles, that thou mayest be My salvation even to the farthest part of the earth. Kings shall see, and princes shall rise up, and adore for the Lord's sake, and for the Holy One of Israel Who hath chosen thee.

Before I formed thee in the bowels of thy mother, I knew thee: and before thou camest forth out of the womb, I sanctified thee. V. The Lord put forth His hand, and touched my mouth: and said to me.

Alleluia, alleluia. V. Thou, child, shalt be called the Prophet of the Highest; thou shalt go before the Lord to prepare His ways. Alleluia.

Elizabeth's full time of being delivered was come, and she brought forth a son. And her neighbors and kinsfolk heard that the Lord had showed His great mercy towards her, and they congratulated with her. And it came to pass, that on the eighth day they came to circumcise the child, and they called him by his father's name, Zachary. And his mother answering, said Not so, but he shall be called John. And they said to her: There is none of thy kindred that is called by that name. And they made signs to his father, how he would have him called. And demanding a writing-table, he wrote, saying: John is his name: and they all wondered. And immediately his mouth was opened, and his tongue loosed; and he spoke, blessing God. And fear came upon all their neighbors; and all these things were noised abroad over all the hill country of Judea; and all they that had

Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zachariás, pater ejus, repletus est Spírítu Sancto, et prophetávit, dicens: Benedíctus Dóminus, Deus Israë̄l, quia visitávit et fecit redemptiόνem plebis suæ.

OFFERTORY Ps 91:13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Tua, Dómine, munéribus altária cumulámus: illíus nativitátem honóre débito celebrátes, qui Salvatórem mundi et cécinít ad futúrum et adésse monstrávit, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui vivís et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 1:76

Tu, puer, prophéta Altíssimi vocáberis: præibus enim ante faciém Dómini paráre vias ejus.

POSTCOMMUNION

Sumat Ecclésia tua, Deus, beáti Joánnis Baptistæ generatióne lætítiam: per quem suæ regeneratiónis cognóvit auctórem, Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

heard them, laid them up in their heart, saying: What a one, think ye, shall this child be? For the hand of the Lord was with him. And Zachary his father was filled with the Holy Ghost; and he prophesied, saying: Blessed be the Lord God of Israel; because He hath visited, and wrought the redemption of His people.

The just man shall flourish like the palmtree; he shall grow up like the cedar of Lebanon.

We heap Thine altars with gifts, O Lord, celebrating with fitting honor the nativity of him who heralded the coming of the Savior, and pointed Him out when He had come, Our Lord Jesus Christ, Thy Son: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou, child, shalt be called the Prophet of the Highest; for thou shalt go before the face of the Lord, to prepare His ways.

May Thy Church, O God, be joyful at the birth of blessed John the Baptist: through whom she knew the Author of her regeneration, our Lord Jesus Christ, Thy Son: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.